

A Venetis exilavit, amice ab illis receptus, plumbo obfig-
nandarum literarum potestatem illis dedit: Sebastianum
Cianum ducem cum Othone Friderici filio navali praelio di-
micantem, ensis aurato aliisque equestribus ornamentis ini-
gniv. Victoriæ prælo redenti Pontifex primò victoriam
gratulatus, inde anulum porrigit aureum: Accipe, inquit,
Ciane: & me auctore ipsum mare hoc tibi pignore obnoxium
reddido: quod tu tuque successores quotannis ita die ser-
vabis: ut omnis posteritas intelligat, maris possessionem
jure belli vestram esse quandoque factam: atque ut uxorem
viro, ita illud vestro subjacere impetio. Qui mos etiamnum
hodie die festo Ascensionis Domini servatur. Inita pace,
Alexander, Fridericus & Cianus dux Anconem pervenerunt.
Ubi quum tota civitas ad portum officii gratia effusa, publi-
co nomine umbellas duas, unam Alexandro, alteram Fride-
rico obtulisset: Pontifex tertiam Veneto duci afferri iussit: ac
coram permisit, ut ipse & reliqui duces ea perpetuo uterentur.
Ubi verò Romam ventum est, ingenti quidem læritia
Pontifex à suis exceptus, quum inter multa & varia officia
argenteas quoque tubas esset intutus, quarum cantu & clar-
gore omnia circumstrepabant: ex ipsis tubis Veneto duci in
adeptæ victoriæ memoriam octo offerri iussit: quibus & ipse
perpetuo & summus Venetorum magistratus uteretur. *Sabel.
lib. 7. Dec. 1.*

KENNETHUS II. Scotorum rex ad Bertam oppidum ma-
gna strage à Danis in fugam versus erat. Hay fenex cum duo-
bus filiis operi rustico intentus, cum cladem suorum animad-
vertisset, arrepto aratri jugo, fauces, per quas Dani Scotos in-
sequantur, obsedit, multoque cum amicorum, quod fugerent,
tum hostium, quod instarent, cruciavit: nova auxilia
adesse Scotis magna voce clamavit. Itaque victores Dani,
Hay cum rege in oppidum Bertam, toto exercitu subsequen-
te, aratri jugum, quo patriæ afferret libertatem, portans
humero, rustica veste indutus (splendidi enim à rege obla-
tum respiciat) in regium hospitium deductus est: & proce-
rum consensu inter nobiles regioque amicos cum familia re-
ceptus: quietiæ præter pecuniam & alia munera data illi
optio agros certos, quo vellet loco, ad sumptus, nobilitatem
petendi. Ferunt senem, ita filiorum, quibus gleba
uberitas haud erat incognita, agri, quem Taus è regione Fife
ad Errol vicum alluit, petuisse, quantum falco manu emissus
absque quiete transvolaret. Idque ei regia benevolentia libe-
re donatum. Ergo delecto ad Inchryam loco, manu emis-
sus falco, perpetuo volatu Rossæ vicum quatuor propè pas-
sum millibus ab Aleoto petiit, ingentique lapidi ejus in vicini-
a complicatis alis infedit. Cessit per hæc seni ac filiis in
hereditatem, quicquid agri Inchryam & præfatam saxum
longo tractu interjacet: longum sex millia passuum, quatuor
propè latum. Falconis saxum etiamnum hodie appellant.
Familie ejus Kennethus rex tres clypeos rubentes in argenteo
campo pro insigni dedit: addita insignibus jugi figura. Dux
rati familia illustri Hayorum etiamnum hodie. *H. Boetius
lib. 11.*

PETRUS FULCOSUS, Genuensis classis Admiratus, adversus
Cyprios parta victoria, atque in potestatem redacta urbe
Famagusta, in patriam rediit. Ei Genuenses præter præda
partem, decem autorum numum millia addidere, cum im-
munitate perpetua. Decreto quoque edito, ut in posterum
quotannis, omnes urbani magistratus, in victoriæ memo-
riam, religioni Minorum pallium perferrent: & qui ex Petri re-
cta linea perferendo muneri interessent, omnes, post principem
civitatis, eo die anteirent. *Fulg. lib. 5. cap. 2.*

Adriatici finis impetrium atque custodia ab Alexandro IV.
Pontifice Venetis, quod armis, virtute, sumptibusque maxi-
mam eam navigationem ab Saracenis atque prædonibus defendit,
securamque reddidissent, amplissimis privilegiis concessa
fuit. *Guicciardi. lib. 8.*

OB PACEM CONCILIATAM.

Lampaceni Anaximeni philosofo, ob urbem conser-
vatam ab Alexandri Magni ira, statuum postere. Is enim ab
urbe missus, ut pro ea apud regem sibi familiarem intercederet,
cum intellexisset, Alexandrum jurasse, contrarium se ejus
quicquid petiturus esset, facturum: Anaximenes, Hoc à te,
inquit, precibus, rex, contendo, ut Lampacenorum conjuges
& liberos in servitum redigas, urbem totam excindas,
& deorum templa exuras. Quibus ambagibus circumventus
Alexander, Lampacenis inivitus pepercit. *Pausan. l. 6.*

Cum C. Marium Coriolanum exulern Romam obsiden-

tem, quem neque legati neque sacerdotes fletere poterant. E
Voluntaria mater & Vergilia uxor, stipante matronarum urbs, ut
exercitum abducerent, flexissent: Romani simul atque Volcos
conspexerunt se recipientes, mox patefactis omnibus templis,
quasi nunciata esset victoria, coronati vicibus ceciderunt. Pre-
cipue gratia & honoribus, quos patres populumque universi
mulieribus habuerunt, illustri fuit gratulatio civitatis: cum
ferrent & haberent illas palmis salvis fuisse auctores. Senatus
cum decrevisset, quicquid postulatent, quod ad ipsarum laudem
& præmium pertineret, id consules facerent & præfa-
rent: nihil postularunt aliud, quam ut templum fortunæ mul-
liebri ædificaretur, impensas ostenderent se collaturas, victi-
mæ & reliqua, quæ ad honorem deorum pertinerent, ut pu-
blice præberentur. Quam munificentiam cum collaudassent
patres, & de publico tamen templum & simulacrum posuissent:
non eo minus pecunia fœmine collata alterum figuram
fecere: quod Romani memorant in æde locutum, vocem
misisse hujuscemodi: Pia me religione fœmine dedicatis.
Bis hanc vocem fabularum audiam. *Plut. in Coriol.* Ibi ma-
trona Calendis Decembris, quo die bellum fuerat solutum,
ritè sacrificare iussit. Valeria, quæ muliebris legatio-
nis auctor fuerat, prima sacerdotium templi adeptæ est. *F.
Sabel. lib. 9. Enn. 2.* Quinetiam in honorem mulierum fanxit
Senatus, ut fœminis semita viri cederent: confessus plus fa-
latis Reipub. in stola, quam in armis fuisse: permittit quoque
his, purpurea veste & aureis uti segmentis. *Valer. Max.
lib. 5. c. 2.*

Legati ab Atalo Romam missi, coronam auream 246. pon-
do in Capitolio posuerunt, gratias partibus agere iussit, quod
Romanorum legatorum auctoritate Antiochus motus, sui regi-
ni finibus excessit. *Sabel. lib. 6. Enn. 5.*

Celta, qui in Hispania degunt, le erga gentis suæ fœminas
gratos ostenderunt civili bello, quo inter se decerabant. Me-
mores enim, earum oratione lacrymicque, depositis simulati-
bus, in gratiam rediisse: statuerunt, ut in posterum omni-
bus consiliis suis fœmine interessent, & quicquid inter eos
contentionis oriretur, fœminarum iudicio dirimeretur. In-
ter fœdera quoque, quæ cum Hannibale injerunt, scribi vo-
luerunt: Ut si Celta cuiuspiam Carthaginensis injuriam in Hi-
spania fecissent, ea res à Carthaginensibus didicere: G
contra autem, si Carthaginensium Celta læsisset, iudi-
cium penes Ceticas fœminas foret. Hoc enim honore
fœminarum suarum prudentiam prosequi voluerunt. *Fulg.
lib. 5. c. 2.*

ROMULUS, quia matronarum interventu Sabino bello civi-
tatis defensa esset, indubitato gratitudinis argumento fœtus,
ut præter alia ornamenta, ob id meritum mulieribus uno de-
cretò concessa, ad omnem occursum via illis decederetur. *Sabel.
lib. 7. c. 1.*

T. QUINTI FLAMINIUS legatus, M. Atulium Glabronem
Cof. Chalcedem, quæ Antiocho favebat, obsidentem comi-
tans, delinivit & deprecatus est, tandemque in sententiam
suam adduxit, & placavit: precibus apud illum, & eos, qui
erant senatorii ordinis, eniuis. Chalcedenses hoc modo con-
servati. Quintio dedicaverunt pulcherrima & maxima urbis
sue ornamenta, quorum hoc ævo quoque titulos cernas hu-
juscemodi: Populus Tito & Herculi gymnasium. Et alibi:
Populus Tito & Apollini Delphinion. Creatur etiam hac me-
moria sacerdos Quintii suffragis, atque hostia ei immolata,
ubi libatum est, canunt carmen compositum, cujus hæc epi-
gramma est:

Illam fidem verò colimus Romulidum niveam
Jurati sanctam. Dicite colorum dominum Musæ, Romam
Titum quoque,
Romanam fidem simul OT Ite Io. Paan dominator.
Plut. in Flamio.

FRANCISCUS DANDULUS Venetorum legatus, quia ad pu-
blicam ignominiam deprecandam diu ad Clementis Romani
Pontificis mentem humiliter stratus jacuisset, ad quod ipsum
fuerat publicè in Galliam missus: ex ea legatione reverfus, ma-
gno omnium ordinum favore princeps est civitatis Venetæ
factus, ut qui nuper in quallore & sordibus pro patria conspe-
ctus esset, sublimi loco conspiceretur, auro & purpura con-
spicius. *Sab. lib. 7. c. 1.*

ANDR. AURIUS, Genuensi urbi varias vicissitudines Imperii
sub Fregotis & Adurnis experire, quorum hi Gallorum partes,
illi Cesarianorum sequebantur, libertatem restituit. Eapropter
populus universus, præclara, ideoque perenni gratissimo-
rum animorum testimonio, legem rogavit, quam decur-
tiones

A riones cunctis suffragis sanxerunt, ut Aurie statua colosseæ
magnitudinis à Lunensi marmore decerneretur, locareturque
redemptoribus, cujus basi his verbis titulus inscriberetur: An-
dræ Aurie civi opt. felicissimoque, vindici atque auctori pub-
licæ libertatis, Senatus Populique Genueni. *post. 100. lib. 26.
hist.*

Florentini gravi bello pressi anni 1502. à Vitelocio Alex. VI.
PP. Medicos reducere conantis copiarum duce: Petri Sode-
rini consilio & opera, à Lud. XII. Gallorum rege auxilium im-
ploraverunt. Soderini singulari omnium ordinum assensu ejus
legationis munus suscepit: & apud regem tanta gravitate civi-
tatis causam egit, ut planè demonstraret regi, magnoperè esse
cavendum, ne everta aut commutata Florentia re publica, quæ
antiquo recentique societatis jure Gallico nomini esset fœde-
rata, ipse demum amittendæ Neapolis, Cisalpinæque Gallie
periculum subiret. Itaque munus regis territus Pontifex, per
Titelocium urbes omnes Florentinis ademptas restitui iussit.
Quibus receptis, Florentinus populus, ut omni solutus metu,
adeo effuse lætatus est, ut incredibilem assentatione & studio, Pe-
trum Soderinum, ut patriæ parentem, quod nunquam antea
per leges in libera civitate tentatum fuerat, antiquo bimestri
magistratu, administrandæ Reipublicæ dictatorem perpetuum
creavit. *100. in Leone X. lib. 1.*

GRATITUDO, RESPECTU EORUM ERGA QUOS EXERCERIT.

Grati

ERGA DEOS.

Hæc ad Religiosam Iustitiam referenda est. Nam quic-
quid à Deo accepimus, nisi divinum est, ita divinum men-
tis affectum efflagitat.

M. OCTAV. HERENNUS tibicen, postquam arti suæ diffusus
est, inlinitur mercaturam: & bene re gesta, decimam Herculi
prostravit: postmodum etiam ædem ei sacravit & signum:
Victoremque incisus literis appellavit. *Macrob. lib. 3. cap. 6.
Saturn.*

ERGA LEGISLATORES.

Veneratio apud Græcos post Deum magna legislatoris est:
ita ut a quibus legum blasphemaverit, morte damnatur. *Ioseph.
lib. 2. c. 7. Bell. Jud.*

ERGA PRÆCEPTORES.

Vide Tit. Fidei dispulerum erga Præceptores. Illic
Fides tacita vel expressa: hic ratione Meritis consideratur.
A. CASSELLIUS, Eques Roman. Q. Mutii Volusii auditor,
mortuus Q. Mutium, nepotem præceptoris sui Mutii, in ejus
honorem, testamentum heredem reliquit.

ERGA PATRONOS.

M. TULLIUS CICERO, ut innumerus suo juvit patrocinio,
à nemine tamen æquè laudatus est, atque à Catullo. Aliorum
mortales, hujus etiam immortales persistant gratiæ. Nam legun-
tur & legentur hæc semper:
Disertissime Romuli nepotum,
Quot sunt, quoties fuerat, Marco Tulli,
Quot quot post alios erunt in annis:
Gratias tibi maximas Catullus
Agit vestimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

ERGA LEGATOS.

Ex Tit. Medicina studium in aliis, huc non pauca.

ERGA MEDICOS.

Quo tempore regnum Argivorum tenuit Anaxagoras, Ar-
gei filius, Megapentis nepos, is furor fœminas invalsi, ut cum
inta domesticos parietes contineri non possent, per totum
agrum palantes vagarentur. Inventus tandem est Melampus
Amythaonis filius, à quo sanatae sunt. Ei Anaxagoras ita gra-
tiam restitit, ut æquis cum eo, fratreque ejus Biante, partibus
regnum communicaret. *Paus. in Corinth.*

HIPOCR. medicus, cum pestem ex Illyrico venientem
prædicasset, ex discipulis quosdam in diversas Græciæ civita-
tes dimisit, qui illis laborare incipientibus opularerent. Qua-
rè splendidos honores à Cois, Theffalis & Argivis consecutus
est, maximè vero ab Atheniensibus, qui eum Eleufiniis sacris
secundum ab Hercule publicè initiarunt, & civem conscripse-
runt, atque in Prytaneo alim: enta tum ipsi, tum posteris ejus
dederunt. *Plin. lib. 7. c. 27. & Strabo in Cois in ejus vita, &
Suidas.*

DEMOCEDES CROTONIENSIS Darium Perfarum regem cu-
ravit, cum pedem luxasset. Ob quam curationem, cum eum
rex duobus aurearum compedum paribus donasset, interro-
gavit Democedes: Nunquid ideo le duplici malo remuneran-
tur? *L. B. Theat. vit. Hsman. Tom. III.*

dom putaret, quòd ab eo sanatus esset? Hoc dicto Darius de-
lectatus, ad suas Uxores hominem misit Eunuchi, qui eum
deduxerunt ad fœminas, dicebant, hunc esse, qui restitisset
animam regi. Tunc earum singule auream phialam thecam
suffringentes, Democedem donaverunt tam amplo munere,
ut exidentes ex percussione phialarum stateres, famulus qui
sequebatur, nomine Sciton, advertens, collegerit non par-
vam auri summam. *Herod. lib. 3.*

Cleombrotum Ceum medicum Ptolemaus rex Megalensi-
bus sacris centum donavit talentis, servato Antiocho rege pa-
tre suo. *Plin. lib. 7. c. 37. Atil. lib. 29. cap. 1. de Eras. hoc ipsum
refert.*

PHIALARIS tyrannus, licet crudelitate insigni semper nota-
sus sit, gratitudinis tamen specimen non vulgare edidit. Poly-
creti enim medico, qui gravissimo eum morbo liberavit, ex pu-
ro auro misit phialas quatuor, crateres argenteos duos, pocu-
lorum item theriacorum paria decem, & puellas quoque inta-
ctas viginti, cum his etiam Anticanum argentearum quinquaginta
millia. Quæ ex tyranni epistola videre licet.

Stamit Pop. Rom. Antonio Musæ medico signum Escula-
pio proximum, ob Augustum periculosè morbo servatum, f
monumentum publicè gratitudinis haud vulgare præcipuum
que artis decus: quòd potensissimi populi, omniumque gen-
tium victoris iudicio, unus aliquis hominum medicinæ deo
æquari debuisset, quòd caput unum, est civitati gratissimum,
majore felicitate, quam artis peritia, servasset. *Sabel. lib. 7.
cap. 1. ex Suet. Eidem quoque Cesar ipse Aug. magnam pecu-
niam dedit, concessitque jus annulorum: nec solum et, sed
etiam cæteris omnibus, qui eandem artem profolunt, vel
essent in posterum profoluri. Sed tum is medicus beneficio
fortunæ, vel divino, ut ego arbitror, usus est: Marcellus enim
cum non multo post agrotaret, atque eodem modo figuris qui-
buldam potionibus & lavacris à Mula curaretur, mortuus est.
Xiphin.*

MUSCA TURIANUS, Napi principis F. cum ob interfectum
Pagannum filium à Vercellenibus, pater adè in omnes inter-
fectorum propinquos sæviret, ut ad filii tumulum tanquam
hostiæ mactarentur, vix tandem medico suo, cui recupera-
tam vitæ salutem acceptam referebat, vitam imperavit: gra-
vissimè jurans, dolore atque inedia insipsum necaturum, nisi
vix salutaris & innocens ab crudeli supplicio servaretur. *Jovius G.
in Orbon.*

ERGA MECHANICOS.

Darius rex Perfarum, Mandroclem Samium, eò quòd pon-
te subitico junxisset Thracium Bosporum, decuplo donavit.
Herod. lib. 4.

Polygnoto Thasio, qui Pæcilem porticum Atheniensibus
gratis pinxerat, cum partem ejus Mycon mercede pingeret,
Amphichiones hospita gratuita decrevere. *Plin. lib. 35. cap. 9.
hist. natur.*

Mamurii, insignis ille facti, conductus à Numa Pompili-
o, ut petas æneas, ad similitudinem ejus que de celo cecid-
erat, in qua Pop. Rom. fara signata erant, alias etiam fabrica-
ceret, eadem facie & mensura: cum jam conficisset, Numa de-
dit optionem, ut quicquid vellet peteret, id certo se daturum
repropterea. Ille neque pecuniam, nec aliquid quicquam petiit:
quam ut à Sallis sacerdotibus Martus, cum jam falantes canerent,
in sine carminis Mamurii artificis nomen etiam pronun-
tiantur. *Dionys. l. 2. Ovid. l. 3. Fastor. Sab. l. 3. Enn. 2.*

Ardeates templi sui pictorem civitate donarunt & carmine, h
quod est in ipsa pictura, his verbis antiquis literis Latinis:
Dignis digna loca picturis condecoravit,
Regine Ionomis suprema conjugis templum,
Marcus Ludius Etoras, Attolia oriundus,
Quem nunc & post semper ob artem hanc Ardeæ laudat.
Plin. lib. 36. cap. 10. hist. natur.

Vespasianus Imp. Colossi reflectorem, à quo colossus centum
& septem pedum altitudinis erectus est, munere imperato-
torio donavit, aliisque mechanicis insignioribus præmia multa
dedit. *Suet.*

ERGA MILITES.

Vide Tit. Præmia Fortitudinis bellicæ data.
Ægyptii militibus suis (quos Calasirios vocant, & Hermoty-
bios) hoc eximii honoris solis, præter sacerdotes, habent,
quòd singulorum duodecim agrorum immunes, singuli agri
centum cubitorum Ægyptiorum quoqueverius. Præterea
Calasirium milleni & Hermotybiom circa regem fungun-
tur annuo satellitum munere. Quibus præter prædia dantur
vitticim

A virtum panis tostis pondo quinque mnae, carnis bubulae binas, vini festarii quaterni. Herod. lib. 2.

Polyrates Samiorum tyrannus, matres militum, qui in bello perissent, opulentioribus civibus dabat nutriendas. Quas vidit.

Iphicrates Atheniensis post pugnam, de praeda cuiuslibet dignam laboribus partem distribuit. Sin munera a civitatibus adferrentur, ab his etiam dispersit unicuique non sigillatim tantum, verumetiam secundum exercitus atque manipulos, & secundum armaturarum equitibus, alia armatis, alia levibus armaturarum militibus. Ante pugnam, facto silentio, promittebat ei, qui ex armatis le fortissimum gessisset, praemium: & iterum ei qui ex equitibus sive iucutatis, & sic deinceps in singulis ordinibus. In festis autem & publicis comitiis eos, qui ceteris strenuiores extitissent, primis sedibus honorabat. Hec omnia excogitabat, ut alacriores & promptiores ad pericula milites redderet. Polyan. lib. 3.

Alexander Magnus reversus ex India, Macedones milites in Perside recensuit, & domum dimisit inutilis, magnifice donatos. Scripsit insuper ad Antipatrum, ut omnibus in ludis B & spectaculis primum locum tenerent, & coronati ibi confiderent. De mortuorum liberis orbis stipendia parentum attribuit. Plutarch. in Alex. Milium, qui cecidissent, liberos paternae capere stipendia voluit.

Romani, milites benemeritos hastis puris, aureis pateris, felicibus curullibus eburneis, scipione eburneo, tunicis palmatis & pictis, vexillis curuleis in bello navali, aureis torquibus, duplici annona, duplici stipendio, interdum etiam militibus vacatione, & dignitatis aliquo gradu donabant. Ex lege Calpurnia, era multiplicata, sagae, & tunicae singulis militibus, qui rebus fortiter gestis intererant, & jus civitatis dabatur. Praefici temporibus militaria dona, quae militibus fortiter in bello ge gerentibus a duobus dabantur, heminae, vel quartarii farris fuere, binaque jugera: aut tantum agri, quantum uno die circumararent. Tese Plin. lib. 18. c. 3. Sertoria lege, fungi dignitate inter patres, aut diebus solemnibus coronatum incedere, vel praemia victorie militibus. Imperatores Romanorum, centuriones legatoque legionum pro magnis officiis in Republicam, consularibus ornamentis, aut equo publico, nonnunquam triumphali statua donaverunt. Alex. l. 4. cap. 18.

Romani Praenestinis militibus, qui in praesidio Cassilini fuerant, duplex stipendium constituerunt, & vocationem in quinquennium. Maniliae eorum praetoris statua loricate in Praenestino foro diu postea mansit cum tribus signis & inscriptione. Manium pro militibus, qui Cassilini in praesidio fuerunt, votum vovisse. Sabel. lib. 3. Enn. 5.

Scip. Emilianus regum & sociorum munera oblata pro tribunali accipiens, in publicas tabulas reponerat, & postmodum fortibus viris pro meritis tradebat. Alex. lib. 4. cap. 18.

Calpurnius Piso, cum in bello fugitivorum provinciam Siciliam obtineret, quam sexaginta servorum milia occupaverant: re bene gesta, ac liberata provincia, milites omnes qui operam suam in eo bello strenue navassent, militaribus donis Imperatorio more donavit. Val. Max. lib. 4. c. 3.

L. Papyrius Censor consul, Papyrium filium, & quatuor centuriones, manipulumque halitatorum armillis aureisque coronis donavit. Liv. lib. 10. Blond. l. 6. Rom. triumph.

L. Quintus Cincinnatus Dictator, militibus suis strenue adversus hostes pugnantibus, omnem hostium praedam dedit.

D L. Paul. Aemilius septuaginta Epiri civitates, quae hosti censerant, cum fortiter pugnantibus militibus cepisset, praedam inde factam militi concessit.

Carvillus consul, collega Papyrii, militibus ex praeda centenos binos asses, & alterum tantum centurionibus & equitibus dedit. Blond. lib. 3. Rom. triumph.

Q. Sertorius suis militibus, ob res praclare gestas, pictas chlamydes in virtutis praemium dono imperavit. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 29.

Augustus suis militibus phaleras, torques, aliaque ex auro fabricata, ob res bene gestas, munera obtulit. Suet.

Severus Imp. bellicosus militibus non tantum in virtutis testimonium aureos annulos, sed etiam domesticas concubinas largitus est. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 29.

Aurelianus Imper. gregariis suis militibus, qui forti animo omnem expugnarent hostem, ut per omne tempus militie fibulas haberent aureas, privilegio dedit. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Saxonicum bello cum duo gregarii milites facta testitudine, munitissima urbis aggere dissipassent, ac portas effregissent.

Carolus Magnus ambos ad se vocatos, pro concione laudavit, & ipsi praefecturam inter Rhennum Alpesque deit. Eodem bello duos tyrones, licet vulgo contemptos, fortiter in medio hostium agmine depugnantes, inter cubicularios stipatoresque suos esse iussit. Avent. l. 4.

Ferd. Hileca, signifer Hisp. rapiente ei dextram tormenti pila, impeterritus vexillum lava manu sustulit, & in hostem Gallum ire perexit. Hunc postea Constantinus Magnus, Hispanorum contra Gallos duce, ejusque liberis virtutis causa ex regio vectigali annuus aureis quingentis donavit. Iov. in Consul.

Idem regno Neapolitano ab Imperio Gallorum liberato, duobus militibus domos, villas, fundos, artiumque praefecturas divisit: & quum militi commune donativum dedisset, singulos item qui spectata virtutis nomine insignes evassissent, annuis praemiis suis prosequutus: tanta quidem in recensendis meritis memoria, tantoque in dispensandis muneribus iudicio, ut astimatione rectissima, neminem vel gregarium militem praeterisset, neminemque nisi larga manu donasse, vel invidi testentur. Ibid.

Senatus Venetus, iis qui fortiter contra Gallos ad Tarrum F fluvium pugnavent, vel egregie pugnam cecidissent, insigni liberalitate praemia percolvit. Cunctis enim, & ante alios Fortebraccio Montorio Veneto, qui graviter vulneratus ultimo praetio excefferat, aucta stipendia, honoreque addidit.

Caeorum liberis, qui militia studebant, praefecturae turmarum daret; filii autem doctores, & uxori bus annua pecunia in alimenta constituit. Bamb. lib. 2. & Iov. lib. 2. Bernardi Contarini, Veneti exercitus apud Ferd. Neapol. regem praefecti, ex febre mortui, matri autem libra annua in victum a Senatu constituta: duabus autem fororibus, altera dos auri libras viginti, altera in facturam virginum collegium ternae librae. Bamb. l. 3. Hist. Venetiae.

ERGASERVOS.

Alyatrem fama est, Cresci partem, alteram uxorem duxisse, liberisque tulisse alios. Igitur insidiantem Cresco nocerem, venenum pituiti tradidisse, & uxoris annua pecunia in alimenta daret, iussit. Id indicasse clam Cresco pistitum, atque illius natis eum panem apposuisse. Cuius meritis regnam Cracum Delphis apud Deum sicut testem recte atque ordine mulieri gratiam retulisse, aurea ei statua posita. Plin. de G Pythia oraculis.

ERGA BRUTA.

Isidis canes cum eo tempore, quo Osiris quaesitus est, non tantum feras, sed omnes qui obviam venerant, amovissent, & Osiris corpus in vestigasset: ne ingratis esse viderentur Aegyptii, edicto statuerunt, ut semper in festo Isidis pompam omnem praerent. Dioid. Sicil.

Mina rex, cum a propriis fugatus canibus, casu & necessitate pellente in Myridis paludem incidisset pernicissimam, a Crocodilo praeter omnem expectationem liberatus: beneficium tanti memor, civitatem eo loco condidit, quam Crocodilorum ob perpetuum beneficium memoriam nominari voluit. Dioid. Sicil. l. 2. de rebus Ant.

Ulyssis clypeo insigne fuisse delphinum, a Stesichoro proditum est. At qua de causa, memorant, ut Criticos testatur, Zacynthii. Infans adhuc, ut ferunt, Telemachus ex litore fallentibus pedibus in mare vorticosum lapsus, atque exceptus a delphinis, revehentibus eum ad terram, evasit incolumis. Hinc pater, ut gratiam referret huic animanti, insculpsit annulo, & ornamentum addidit clypeo delphinum. Plin. de Animalium compar. H

In Aeturia Aethyria vicus est Gaugamela, id est, Camellidomus, apud quem Darius imperatus ab Alex. Magno amittit Imperium. Nomen habuit a Dario Hystaspis F. qui locum hunc in alimenta dedit camelo, cuius opera indefecta in Scythica expeditione usus fuerat in ferendis regis cibariis. Strab. lib. 16. & Plin. in Alex.

Populus Atheniensis cum aedificaret Hecatompodon (est vero id Athenis templum, quod & Parthenon dicunt, ex specie ac concinnitate ita nuncupantur, non de magnitudinis ratione, sicuti Graecorum plerique interpretantur) quascumque notavit mulas laborum tolerantias, dimisit liberare parere. Atque unam ferunt liberatam ultra ad opera descendisse, unaque cum junctis, quae in arcem traherent plaustra, curruis se & praesiste, tanquam adhortantem ea & excitantem; cui publice scivit usque ad mortem alimenta. Plin. in Catone, & Plin. lib. 8. c. 42.

Delphis factam ingressis arcem Taurus ex aere pra oculis est, Theopropi Aeginetae opus, Corcyraeorum donum. Proditum memoriae est, Corcyrae aliquando alii s bobus relicto, taurum

A rami a passu redeuntem, contra pelagus mugitus edidisse. Cumque per totum diem illic constitisset, bubulcum ad mare descendisse, confixisset vero infinium prope thunnorum numerum. Quod cum indicasset Corcyrae, illi (quod thunnos capere conati, operam locaverat) scilicet taurum Delphos misere. Ex Apollinis vero responso taurum Neptuno mactant: confecto quoque mox sacro, pisces capiunt. Donum id decima praedae in Olympiam & Delphos mittunt. Paus. in Phoc.

Nauplienses in Peloponneso habitantes de asino memorent, quod arrofo vitus palmite, uvatum in posticum uberioerem proventum exhiberent: & ea de causa apud eos etiam num videtur afini figura, utpote qui putandarum vitium rationem docuerit. Paus. in Corinth.

Erga canem suum Xantippus Atheniensis gratus exiit, qui maria pernatans, usque in Salaminam eum sequutus fuerat: quo tempore, adveniente in Graeciam Xerxes, major Graeciae pars in eam le insulam recepit. Nam ne tanto amaro ingratus foret, mortuo cane, in Salamina promontorio sepulchrum ei condidit, quod Cynotaphium appellatur est. Fulg. lib. 5. cap. 2. ex Plut. Catone.

B CIMON Meliadis F. Atheniensis, equibus, quibus tertium vicerat in certamine, sepulchrum statuendum prope suum monumentum curavit. Plut. cap. 26. de Liber. ex Plut. & Catone.

ALEXANDER MAG. erga Bucephalum equum suum gratus fuit. Nam ipsius nomen in eo loco condita, ubi sub eo confossus fuit, eum conspicuo quoque sepulchro decoravit. Plin. lib. 8. c. 42.

Populum Romanorum non puduit, perpetuo gratitudinis honore anseres prosequi, quod dormientibus vigilibus, cum Galli jam in summum Capitolium percessissent, clangore Romanos milites excitarent. Statuit enim, ut in eo loco in postum magnus anserum numerus publica impensa aleretur; ad eamque rem seniores inter tot publica onera publicanos primo obtigerent, & alimenta facerent anserum locarent. Ne autem minus se severum quam gratum populum idem praeberet, ipse dicit, quo hoc contigerat, in loco designato, quotannis aliquot vivos canes suspendebant: quod ipsi, quibus maxime invigilandum fuerat, anseribus vigilantibus dormiverant. Plin. de Jure. Rom. & in q. Rom. & Plin. lib. 29.

C Imperator Liberio Caesare, Pop. Rom. corvum sepelivit, ferentibus feretrum duobus Aethiopiis ipsis, praerentem tibi cine ac mulicis: cum prius eum, qui corvum occiderat, lapidibus obruisset. Hoc autem egi, quia haec avis nominatim mandrum ac Germanicum Caesares, ac multos praeteret alios, postremoque totum populum fluitabat. Fulg. l. 5. c. 2.

Sileas dixit testamentum cum conderet, domum aedificari mandavit, in qua canes qui utiles venationi fuissent, ob senectae & corporis debilitatem a suis relicti dominis, usque ad mortem alerentur: designatis in eam rem nonnullis agris, ex quo tempore proventu sumptus suppeditaretur. Nec voluntas irrita fuit. Aen. Sylv. lib. 4. Comment. in res gestas Alphonso.

Ferdinandus Aragonis equum, quo egregie usus adversus insidiantes fuerat, freno liberavit, vacuumque labore omnino esse voluit, stabulatio cuidam da paucendi ejus cura. Pontan. cap. 36. de Liber.

Selimus Bajazetem patrem Imperio spoliare conatus, videlicet ab eo ad Chirurcum pagum prope Byzantium, cum paucis incitato perniciosissimi equi cursum, sele utique fatis suis reservans Varnam persequi. Erat is equus unicolor absoluta nigricie, cui Carabulo, id est, atrox nubes nomen fuit. Huic postea Selimus rerum mortuo patre potitus, tanquam emerito vacatione dedit, sic, ut in honore habitus sine fero, sola ex rextillu aruo itragula protecdus, ad Peras ulque & mox in Aegyptum debeverit: eique demum mortuo ad Memphis, Alexandri Magni exemplum secutus, sepulchrum condidit: regio quidem animo, nisi necati ab eo frater sepulture honore caruissent. Iov.

GRATITUDO, RESPECTU MODI SEU

Beneficii, per quod gratia reponitur. Exemplum praecedentibus Tii. hic transferri possunt. Illic Beneficii accepti, propter quod gratus est, habetur ratio: hic Beneficii redditi, quo gratus est.

IN GENERE.

Latini dicunt, Agere gratias, frequentius, quam Gratiam. Nam quando, ex Hesiodi praescripto, a quo non usque, & adior, reddere oportet: una certe averia Gratia in choro, duae nobis adverte conspicuntur, ut moneant nos duplicis officii alterum, ut satiasiamus veteri, alterum, ut obligemus etiam novo beneficio.

Athleta praemium athlon nuncupatur. Quae medico contri buantur, softra dixeris & foteria, ac pura. Docteri vero, didascalica, didactra. Militi, arifera, epicnica, nocetaria. Chirochae autem, id est, artificii, epichera. Nuncio, euangelia & menytra. Quippiam ferentia, comistra. Beneficio, charisteria. Altori, threpra. Cal. lib. 13. c. 30. A. L.

IN SPECIE GRATIAS REFERRE per

MUNERA.

Damiani Mauri ejus classis praefecti, quae prior bello Ferrarienti Padum flumen est ingressa, hostium castellis aliquot in ripa fluminis vi captis, bellicis ex laboribus mortui, Veneti duabus filiis dotis nomine quadraginta auri libras ex publica pecunia dedere: sacerdoti autem nomine, si ei vitae se dedecent, tenas libras. Bamb. lib. 1. Ven. bist.

MAGISTRATUS, DIGNITATES.

Romani prius in dandis magistratibus & conferendis honoribus, non largitione & ambitu, sed vera virtute nitentur: propterque res egregie gestas domi militiaeque meritis civis praetura, aedilitate & consulatu, amplissimumque honoribus honestabant. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 17.

CAROLUS MAG. Romam veniens, munera Pipini patris non confirmavit modo Leonis III. PP. sed auxit, Exarchia Ravennatum sub ditone Pontificis esse iussa. Ferrunt, Corficam everit vestigias ad Alpes pertinet, Pontificatui attribuit. Et, ut beneficentia Francorum aliqua referretur gratia, Carolus a Pontifice Hadriano Patricius creatur, quod ut Magistratum equitum Principatusque viam Ducibus Austrasiorum ad Regnum munerat, ita is tituli honor gradum Carolus ad Imperium daturus erat. Aemil. l. 2.

CAROLUS BORBONUS ob servatum comiti Maximilianum Imp. Mediolanum, in Galliam reversus, tanto Francisci I. regis, & magnae partis aulae procerum studio est susceptus, ut meritum ac eximii honoris causa, summus totius Galliae equitum magister sit declaratus, qui hodie Comestabilis vocatur, quod eum regi semper adfiteret ex ulu bellicarum rerum expediat. Hic honos secundus post regem, apud Gallos facile primum existimatur: quoniam minores equitum magistri, qui in tota Gallia omnino quatuor sunt instituti, ipsius Comitis stabillis edicto ac imperio parent. Hujus autem dignitatis atque potentiae nomen, tanquam proceribus invidiosum, susceptorumque regibus, Ludovicus XI. lata lege fululerat, quem forte adversum se conjurati Galliae proceres arma cepissent. Quibus demum cum magno dirimine subactis, Jacobus Luxemburgius S. Pauli Comes, qui tum erat summus magister equitum, perfidia convictus, capite penat dedit, sic ut nemo ei postea in magisterio sufficeretur. Sab. supplem. lib. 6. ex Iov.

JUS, PRIVILEGIUM CONSENSUM.

Civitatis.

C. MARIUS duas Camerium cohortes, mira virtute vim Cimbrorum sustinentes, in ipsa acie adversus conditionem foederis civitate donavit. Quod quidem factum & vere & egregie excusavit, dicendo, Inter armorum strepitum, verba se juris civilia exaudire non potuisse. Et sane id tempus tunc erat quo magis defendere, quam audire leges oportebat. Alex. lib. 4. cap. 2.

Vitium serendarum.

Quia Galli, Pannones, Hispani & Britanni, Bonoto & Proculo in Gallia rebellantibus, Probo Imp. fidem servarant, auxilio fuerant, fecit his Probus potestate ferendae civis & vini conficendi. Ipse ad usum urbanum multitudinis castra Symmum Almu montem militari opere fossam vite conlevit. Sab. lib. 7. Eum. 7. ex Eutropio & Vopisco.

CONJUGIA.

Moses Aegyptio pulvis, ad Madiantitas confugiens, ad puteum oppido propinquum animo & corpore aeger sedebat. Compulerant sub id tempus eo fortes septem, quae patrio more oves pascebant, fies greges: idque aliquanto tempestivius fecerant, ut ceteros praevenerint pastores aquationis compendio. Affuit nec multo post alia frequens pecuniariorum manus, arcebatque infirmior sexus a canalibus, siouque aquationis loco. Moyles rem indignam ratus, facto in pastores impetu, loco deturbavit: atque ita contigit, ut suos illic per otium greges potui admoverint. Ea res Moylen Jethro patri sub primum ad urbem accessum conciliavit. Excepit itaque ille Moylen venientem grato hospitio, excepto filiam Sephoram. LII 2

A tam matrimonio locavit: mox in generum acito omne paciscendi pecoris uni permittit negotium. *Sabel. lib. 2. Enn. 1.*

S POLIA.

Oedem Lotrechius, Francisci Gallorum regis copiarum ductor, Tichum cepit. Primum, qui audacter in arcem irruerit, Hostafium Ravennatem militem fuisse constat. Is a Lotrechio in premium navatae operae aneam quaeftrem ftatuam, qua Antonini Cafaris effe dicitur, impetravit, quam ea antiquitas Ravennam fuffit, fed poff Gothica tempora a Longobardis Ravennam diripientibus trophaei modo in fignum victoriae abducta Tichum fuerit, & in foro conftituta. Tichienfes multo cum lacrymis Lotrechium, ne id faceret, rogarunt, quando ejus ftatuae jacturam inftitit summam calamitatis atque miferiae, fupra diteptae patriae adverfam fortem, exiftimarent. Itaque Lotrechius ad mifericordiam verfus, Ravennatem ex adverfo, promiffum mutalis coronae premium ex diplomate repetentem, blandis verbis admonuit, ut premium potius navatae fortiter opera ex fua liberalitate oblatum accipere vellet, quam tanta acerbiffime direptae civitatis miferia laturari, adereque demum invidia, aliquando ei & Ravennatis nocturna. Itaque vel indignabundus miles pro aenea ftatua pecuniam a quaftoribus accepit, quantum fati est pro murali corona ex auro fabricanda, qua in fidem virtutis fuae cum elogio, Ravennate in templo poneretur. *Jov.*

CORONA.

Fridericus I. Imper. fibactis Mediolanenfibus, coronam auream a rege Anglorum domo miffam in cathedrali templo Mediolanenfe Uladislo Bohemorum principi obtulit, quod victoriae hujus & caput, & pes fuiffet. *Dubr. lib. 12.*

ENCOMIA.

Xenocrates Calcedenfe, non minus fanctitate vitae, quam doctrina clarus, cum duceretur a publicanis, quod Arhenis degens vechigal in quillorum non folveffer liberatus eft ex eorum manibus a Lycurgo oratore, qui indignitatem facti compulfit, & ut erat jultus in primis ac feverus vir, voluit etiam improbitas fuae penas dare petulantes illos. Cum igitur poftca philofophus ille incidiffet in liberos fui liberatoris, ita ipfos allocutus eft: Egregiam patri veftra, pueri optimi, gratiam refero: cuncti namque mortales ipfam laudant ob ea officia, quibus fanctus eft adversus me. *Vitell. lib. 21. var. lect. 6. 20.*

Romanis eo eorum in Graecos merita (libertatem enim illis reftituere per T. Quintum Flaminium) non ad laudes modo relata gratia a Graecis, fed ad fidem etiam apud omnes mortales & imperium eft merito progrefsa. Neque enim accipiebantur modo Imperatores eorum, fed & accerfentes & evocantes illos, fidei fe committentes eorum: neque populi forum & civitates, fed & reges quoque ab aliis vtiatit regibus decurrebant ad illorum praefidium: unde brevi fortaffe non sine divina ope omnia iis paruere. *Plat. in Flamin.*

NOMINIS MEMORIAM.

Mentor Ithacenfis Homerum ex oculis laborantem hofpicio excepit, quoad convaluit. Eapropter Homerus gratus cum poftca Odiffere fuae inferuit, & Ulyffis focium finxit, cui aliens domum totam commendaverit. *Herod. in Hom. vita.*

Cerites, Etruriae populi, capta urbe Roma a Senonibus Gallicis, sacra Romanorum a Vestalibus invecfta per benignum receperunt, utque edoce servarunt, dum patria a Camillo efferecuperata. *Liv. lib. 5.* Ejus beneficii Rom. memores, poftca omnia, qua ad religionem colendam pertinerent, Ceremonias nuncuparunt.

GRATITUDINIS TEMPUS.

GRATITUDO EXPEDITA.

Exempla non pauca ex praecedentibus paffim petuntur.

SERA.

Propter hofpitalitatem, quam praefititerant Aegyptii jam olim Ifraelitis, cum in Aegypto peregrini eiffent, tertiam progeniem ab Aegyptiis descendentem, in civitatem recipi poffe, Dominus per Moyfen affirmat: cum Ammonitarum & Moabitarum ne decimam quidem progeniem fufcipere poffent, eo quod hi egreffis ex Aegypto nullum hofpitalitatis munus exhibuiffent. *Vide Tit. Civitate non donati.*

Saul rex, Samuelis prophetae juffu, Amalechitas exciffurus, quia 400. ante annis Ifraelitas ex Aegypto egreffos inieffiffent in itinere, Cenafos Sichemitas, qui in medio Madianitarum habitabant, & Iefe humanos erga Ifraelitas praebuerant, premouit, ut ab Amalechitis funditus excindendis difcederent, ne una cum illis perirent. *1. Reg. 15.*

Lacedaemonii Anticratis nepotes, ob interfectum ab eo ad

Mantineam Epaminondam, immunitate honorarunt. *Plat. E in Ageff.*

Idem cum Peloponnefifis caterorumque fociorum praefidio fecunda expeditione in Attica irrupentes, villas ubique vaftabant, incendiis adifficia evertebant, ea tantummodo parte intacta, quae Tetrapollis appellatur: ab hujus violatione abftinuerit, quia proavos fuos ejus loci habitaculis & hofpicio exceptos olim, & Eurythem inde bello adortos fuiffe adiverant. Aequum namque videbatur, his qui majores fuos beneficiis affecerant, pares ab nepotibus eorum gratias referri. *Diod. lib. 12.*

Cum Theani exules, Pelopidas, Pherenicus, Melon, Damocles, qui Lacedaemoniorum tyrannidem ferre non poterant, Athenas confugiffent: Lacedaemonii Athenienfibus imperaverunt, ne reciperent exules, neve eos concitarent, fed tanquam a focis declaratos communes hoftes exterminarent. Verum Athenienfes cum inveterata fua & genuina humanitate, tum ut gratias referrent Thebanis qui Thrafybulum cum exulibus Athenienfibus imprimis ad reddendum in patriam adjuverant, fceverantque, fi quis Athenienfium arma per Boeam adverfus xx. tyrannos ferret, neminem id audire aut videre Thebanorum omnem injuriam ab iis abftinuerunt: futurum aliquando rati, ut ficut Thrafybulus ex Thebis crumpens obviterat Athenienfium tyrannos, ita ipfi quoque moventes ex Athenis Thebas in libertatem afferrent. *Plat. in Pelopidas.*

Mellenit, duce Ariftomene, ejefti ex Era monte a Lacedaemoniis, ab Archadibus liberaliter & benigne fufcepti fuere. Extorres tamen, & variis cafibus per 27. annos agitati, tandem poft Leuctricam Lacedaemoniorum cladem ab Epaminonda fedibus fuis reftituti, cum Cleomenes Spartanus Megalopolin Arcadiae occupaffet, quicumque cum Philopemene Craugidis F. efugerit, eos Melleniti gratitudinis ergo liberaliter accepere. Sic nunquam perit gratia. Viciffim cum Nabis Lacedaemoniorum tyrannus Mellenem noctu occupaffet, Philopemen & Megalopolitani tyrannum cedere, coegerunt. *Pausanias in Mellen.*

Victis Perfis, Crotoniatif in Italia praedam impendit Alexander Magn. ad Phaylii athleta honorandam fiduum virtutemque, qui bellis Medicis, cum Itali ceteri res Graecorum haberent pro deploratis, Salamnem, navi fuis fumptibus inftructa, fuerat ad periculi societatem profectus. *Plat. in Alex. G.*

Romanos memoria proditum eft adversum Acanthanos liberalitatem non mediocri ufus in referenda gratia, poft multa etiam faecula, quod illi Aeneam auctorem & urbis & generis, extortem patriae profugumque ad Acanthia oras diverterent cum claffe, protinus hofpicioque benigno exceperunt. Itaque eam ob caufam donati funt Acanthanes Leucae & Anacratio, quae oppida Romanis exercitibus Corinthiis ademerat. *Strab. lib. 10. ex Eph.*

DIU DILATA.

Luciani plane aureum in Anthologia diftichon, in tardantia gratitudinis indignitatem, tale extat:

*Ἐ νεία χαρὴς γλυκεροτέρα, ἢ δ' ἄρα δύναι
Πᾶσα χρεὶς κατὰ, ἡδὲ λέγοιο χρεὶς:*

eleganter ab Aulonio redditum:

*Gratia quae tarda est, ingrata est, gratia namque
Quam fieri propestat, gratia grata magis.*

Eubeceni extincto Hipparcho calum graviter ferre praeferebat Philippus Macedo, ac cum diceret quidam: Atqui non H fuit ejus immaturus decessus: Ipsi quidem, inquit, at mihi immaturus. Praeverit enim fato fundi, quam meritam gratiam a me amicitiae reciperet. *Plat. in reg. Apoph.*

NIMIUM GRATI.

Consule Tit. Superftitionis, item Adulationis, quatenus iis, a quibus beneficium accepere, ita se obnoxios fatentur, ut cum deorum injuria divinos illos honores, vel etiam humanos, fed majores, quam qui illorum respondeant meritis, tribuant.

ERGA QUOS, UT ERGA DOCTOS.

TIBERIUS IMPER. Aelio Sabino s u ducenda donavit, pro dialogo, in quo bolet & ficidae & oftrac & turdi certamen induxerat. *Suet.*

REGES.

Endymionem fuisse Elidis Regem tradunt, atque ob jultitiam ab Elienfibus in deorum numerum relatum: mox imperaffe a Jove, ut perpetuo dormiret. *Nat. Comes Mythol. l. 4. c. 8.*

COBRUS, Athenienfis rex, eo quod pro patria fe devoviffet, in numerum deorum ab Athenienfibus relatus eft.

Vide Tit. Fidei erga patriam devotendo sese.

Romani Romulo templum primo parenti Urbis in Quirinali condiderunt, cum raptum & in numerum deorum jam rela-

A relatum esse quidam affirmant. Illud templum perpetuo claufum erat: quasi arcemum haberi vellent, an humo tectus, an inter divos relatus efferet. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14.*

MILITES.

M. FOLIVS Nobilitis coronae donaverat milites, quod valium crastent, & puream fironem fodiffent. Unde graviffimè a M. Catone notatus eft, quafi militum pro ambitionem coronis leviffimis de caufis donaffet. Cujus verba leges apud *Gel. l. 5. cap. 6. in fin.*

COQUOS.

M. ANTONIUS coquum suum ob lautè instructam cenam edibus ampliffimis donavit. *Vide Tit. Voluptatibus omnis generis de diti.*

ADULATORES.

M. ANTONIUS CARACALLA Romanorum Imper. dedit Junio Polino decem millia aureorum, quod ipsum, quanquam minus ex animo (erat enim mordax) ad praedam faciendam cohortatus effer, diftinxeritque, mox, quories iracundiam simularet, plane iratum videri. *Dion. & Xiphilin.*

DELATORES.

HERODES Judaeorum rex, Eurycleam Lacedaemonium delatorem l. talentis donat. *Vide Tit. Accusatores mendaces in specie.*

BRUTA.

In Aegypto cum serpentum multitudo plurimum detrimenti hominibus & pecori afferret: feles, quod adversus serpentum & aliorum reptilium morsus plurimum conferret, non tantum in praedio haberetur, fed etiam pro diis coleretur. Ichneumonem, quod crocodilos observaret, ovaeque eorum contereret ita, ne multitudo insectum Nilum redderent, item pro Deo coleretur. Similiter accipitrem, quod corpciones cerastafca, & familia animalia fugaret & occideret. *Diod. Sicul. Ferunt, ex Arabia serpentes alios inuenta ftatim vere in Aegypto volare: fed eis ad ingreffum planities occurrentes aves ibides, ipotes interimerit. Ob id factum, ibin magno honore Aegyptii colunt. Herod. lib. 2.*

Cum lupi Aethiopes, in Aegyptiorum agros incurffionem facientes, ad civitatem usque Elephantinam in gaffent, lupi simulacrum erexerunt, & beneficium memores, pro Deo femper Aegyptii colerunt. *Diod. Sicul.*

Perander Corinthiorum tyrannus nunciis missis quoddam Nobilium pueros castrados praecerat. Navim, qua nunciis vebantur, quoniam mvis plenam ventis, echineis in mari remorata eft. Conatus igitur, quae id praefiterunt, apud Gnidiorum Venerem colere inffiterunt. *Plin. lib. 9. cap. 24.*

OBQUID. NIMIUM

INSTITUTIONEM QUAM LIBET CUMQUE.

Ceres rapta a Platone filia Proffperina, factibus in Aetna accensis, variis orbis partibus circuevit, homineque qui eam grate fufceperant, tanquam beneficii memor, frumenti edocuit ufum: in quibus primi poft Siculos fuere Athenienfes. Quae ex re publice hanc deam praeter ceteris colere, tum sacrificiis ampliffimis, tum Eleufinae mysteriis. *Diod. lib. 5. c. 2.*

Olfis Iffidis maritus cum totum terrarum orbem perambulans, homines vires plantare ac curare pecora edocuffet: non price tantum, fed pofteri quoque beneficii memores, pro uno ex maximis diis Olfidem habuere. *Diod. Sicul. lib. 1. c. 2.*

Iffis, cum in Aegypto primum omnium triticum & hordeum inveniffet, Aegypti ne ob tantum beneficium ingrati viderentur, voluerunt, ut femper in aestate mellores spinas maturas ad manipulum exceperent, & Iffidem invocantes, deae afferrent. *Diod. Sicul. lib. 1. c. 2. de rebus antiquis.*

Janus erga Saturnum gratus, cum ab eo turis peritiam edocuffus fuiffet.

Vide Tit. Inventores agriculture.

INDICIAM.

Navis quadam piratica appulfit infulam Itacensem, in qua forte fortuna fenex quidam erat una cum cadis ficilibus penfifpice. Pyrrhifius quidam Ithacenfis portitor (Heraclidas Parium vocat) nemus dato pretio redemit a piratis, non ob id, quod eo fibi foret opus, fed parim quod miiferum effer lenifis fortunae, partim hominis oratione percaffus. Emit autem una cum fenae cadis illos picarios, quos auctore fenae. Deinde profectis piratis, quod Pyrrhifiae gratiam referret fenex, quod non ob licri cupiditatem, fed ob benevolentiam: is erga fe gratus fuiffet, indicavit, in cadis munitum pecuniam vim, pic admixtam, abditam effer. Qua repta, cum Pyrrhifias dereperit dives effer reddidit, cum magnifice collaudavit lenis erga fe. *L. B. Theat. Vita Human. Tom. III.*

gratitudinem, tum eidem bovem immolavit, officii premium. E Atque hinc re jam pervulgata, natum proverbium de gratia prolixè relata: Nemo benemerito bovem immolavit, praeter Pyrrhifiam. *Plut. in quaff. Graecanicis.*

Veneris Meretricifacellum effer apud Abydenos, ut afferit Pamphilus. Nam cum civitas a fervis teneretur, cutodes, qui in ea erant, fcribit Cleantes in fabulis, facrificalit: ac cum meretrix quadam ebrios dormientes vidiffet, claves futuriptiens, murumque falienf, Abidenis rem fignificavit. Illi igitur armati ftatim accellerunt, cutodes intererunt, utbeque potuit, gratias meretrici reddere decreverunt, ac idcirco exterrunt facellum Veneris meretricis. *Athen. lib. 13. c. 11.*

URBEM CONDITAM.

Thefeum, qui primus Athenarum urbem conftituffe videntur, quem vicatim prius habitaretur Attica: quamvis Quatruurbem credatur Accius appellaffe Athenas, quod ex quatuor urbibus foret conflata: honoribus multis, veluti tanti viri tonita virtutibus, profequuta pofterior aetas effer: mortuum fiquidem facrificali, ut herodem, cenfere Athenienfes honeftandum: aylum quoque, id effer, fanctus templum, ut inquit Livius, ad ejus tumulum curavit dicandum, quod puto Thefeum dicebatur. *Caelius lib. 7. c. 23. A. L.*

Miltiadi Athenienfi, Cypfeli F. defuncto, Cherfonitae Thraciae tanquam conditori urbis facrifcant, certamenque equestre ac gymnicum ftatuto tempore celebrant, in quo nulli Lamplacenorum certare permittitur, quoniam illi Miltiadem femel inffidis ceperant. Reffitit autem Miltiades ifte Doloncos Cherfonitae in suam patriam, cum ab Abinthiis pulffus effer. *Herod. lib. 6.*

LIBERALITATEM.

Annae Perennae festum Idibus Martiis, Romanis folemne erat, in quo plebs in gramine diffecta potabat. Varias caufas lib. 3. *Fafferim Ovidius* affert bifulcos: fed hanc hofioricam, inquit:

*Plebs veta, & nullis etiam tunc tu a Tribunif, Fugit, & in Sacri vici montis erat,
Iam quoque, quem fecerit vicerant, defecerat illis
Vicius, & humanis fufibus apta Ceres.
Orta fuburbanis quaedam fuis Anna Boviffis
Pauper, fed multa fedulitatis annis,
Illa, leviffimae canos incincta capillos,
Fingebat trepida ruffica liba manu.
Atque ita per populum fiamantia mane folebat
Dividere: hac populo copia grata fuit.
Pace domi facta, fignum poffere perenne,
Quod fibi defefiffis illa ferebat ope.*

Laurentia, quae meretrix fuit, honorem summum Rom. habent, fed diverfae ab Acca Laurentia Romuli nutrice, quam mense Aprili colunt. Aedius quidam Heruleus folebat per otium diem ferè alea & taxillis traducere. Cum aliquando ex iis qui ludere cum eo & ejus ftudii focis folebant alea, nullo forte praefente langueret: deum ad ludendum fecum alea provocavit, certa conditione: fi viciffet, ut ille quippiam fibi conferret boni victus, ut deo ipfe lautum epulum & formofae puellae concubitum praebere. In hanc legem jacit pro Deo, inde profec, ac victus fuit. Quia verò stare pactis volebat, menfam inffitruxit Deo fplendidiorem, Laurentiamque excepit convivio, quae quaftum corpore publice faciebat, cique in facello lectum ftravit, forefque digrediens occluffit. Fama tenet, congregatum cum Laurentia Heruleum non humana fpecie, praecipiffe, ad forum fe manè conferret, atque in quo incidiffet primum, ad eum ut maximè fe converteret, faceretque amicum. Ergo ut futreffit Laurentia, concaffiffe eam ad forum, conveniffetque divitem quendam concubitem, & magno natu virum, Tarruntium nomine. Cum hoc juncta familiaritate, & viventes rei familiari praefuiffet, & haeredem extiffite mortui. Poftea loci morientem, haereditatem suam Reip. reliquiffe. Hanc ho hores ei effer. *Plut. in quaffion. Romanis.* Inde ipfam alii Acalarentiam appellant.

Joannes Conarius Cracovienfis Epifcopus factus eft anno 1503. interceffione Reginae Polonorum, quam homo nulla doctrina, neque ingenio praeditus, probus tamen, & laudabilis vita, vulgaribus officiis lubinde praefitit demeruffe dicitur. *Crom. lib. 30.*

HOSPITALITATEM.

Hecale, & quae de illo fabula hofpitalitatis & convivii commemoratur, non omnino apparet ex vano effer. Sacrum Hecaleftum circumjefti populi confilio indico Jovi Hecaleo faciebat, & Hecalen colebant, diminuto nomine Hecalenen appellantess

A quod illa quoque juvenem admodum hospitio excipiens Theſea ſenum more ſalutaſſet, & blandita fuiſſet ei diminutis nominibus, *Quæ* quia pro eo, ad pugnam cum tauro Marathone progrediente, ſi ſolpes reverſiſſet, Jovi voverat hoſtias, diem autem ſum ante illius reditum liberat, hæc reſtulit hoſpitalitatis Theſei juſta præmia, ut Philochorus tradidit, *Plut. in Theſeo.*

FIDEM IN PATRIAM.

CORINUS rex Athenienſium, Peloponnenſibus, ejuſdem hoſtibus civitatis, ſe interficiendum ignotus objecit. Reſponſum enim acceperat Peloponnenſes, tunc demum de victores fore, ſi hoſtium regem non occidiſſent. Eum proinde Athenienſes tanquam deum facificiorum honore coluerunt, *Aug. lib. 18. de Civ. Dei. cap. 19.*

In Phigaleſium Arcadam foro commune ſepulchrum eſt lediſſimum Oreſthiſaſorum manus: quibus eodem quo herouibus ritu quotannis inferias mittant, quoniam Phigaleſibus in patriam reditu ſuo ſanguine parantur. *Vide Tit. Fides erga ſocios.*

B Platæenſis in agro ſuo, quod in eo commiſſum à Græcis adversus Perias prælium fuerat, quotannis in Græcorum memoriã, qui illic pro communi libertate occubuerant, ſolemni pompa ſacra peragebat, *Fulg. lib. 5. c. 2.*

LIBERATIONEM.

Cùm Aidoneus, rex Mololorum, Theſeum in vincula conjeceſſet, quando venerat cum Pirithoo ad rapiendam regis conjugem, non ut ſibi nuptias pararet, ſed in gratiam Pirithoo illud faciens: Hercules proſectus ad Mololos, cum liberavit. Ob quam rem Theſeus gratus, aram in illius honorem erexit. *Aelian. lib. 4. de Varia hiſtor. Quintiam in honorem ejus omnia templa, paucis exceptis, conſecravit. S. ab. lib. 6. Etm. 2. ex Plut. in Theſeo. & Diad. lib. 4. c. 5. & Suida.*

DEMETRIUS Antigonum P. deſecto à Munychia Caſſandri Macedonis præſidio, Athenienſibus xv. anno poſt Lamiacum bellum reſtituit. Eum Athenienſes, immoſiſis honoribus, quos ei decreverunt, odioſum & gravem reddidere. Nam omnium primùm Demetrium & Antigonum reges appellaverunt, hoc nomen in eam diem averſatos quod quidem ex inſignibus regis unum adhuc Philippi & Alexandri generi illibaum aliis & intactum ſupererat. Soli eos Servatores deos in acta reſtulerunt, abrogatoque veteri magiſtratu Archonte, à quo denominabatur in falſis annis, Servatorum facerdotem quotannis creaverunt, quem plebicitis contraſtitibus præſcriperunt: ſciveruntque, ut eorum cum iis nomina populo intexerentur. Locum etiam, ubi primùm deſcenderat de curtu, conſecraverunt, poſueruntque ibi aram, quam Demetrii Catabaræ, id eſt, deſolitoris, nominaverunt, inſuper tribus duas adjecere Demetriadem & Antigoniadem, curiamque quingentenariam tum primùm ſextenariam facere: quod ſingula tribus quinquagenos ſenatores præberent. Superavit omnia Stratoclis commentum. Iſte enim fuiſſet ſcitorum horum & præclarorum ſignator blandimentorum, qui promulgavit, ut qui ex plebicitate publicè ad Antigonum & Demetrium mitterentur, pro legatis dicerentur theori, ſicut qui Delphos & Olympiam ſolemniſibus Græcorum victimas pro civitatibus agunt. Rogationem alius quidam promulgavit, impudentia ſuperans Stratoclem, ut Demetrium, quotieſcumque appellaret, Ceteris & Liberti patris lautitias exciperent. Qui ſplendore & magnificentia in eo excipiendo excelluiſſet, ut pecunia hinc de publico tribueretur ad dolum diis ponendum. Ad poſtremum, menſem Munichyona Demetriana, & diem menſis trigefimum Demetriadem appellaverunt. Adhæc Bacchanalla mutato nomine vocaverunt Demetriã. At in plerique demonſtrantur dii portentis offenſionem ſuam, quando pepulum, in quo Demetrius & Antigonus ex plebicitate fuerant una cum Jove & Minerva intexti, dum per Ceramicum tranſerunt, irruente procella medium lacrumum eſt. Circa aras illorum frequens in ambitu edita ciuita, cum nec ea regio paſſim iſtam fundat. Quo die agi ſolent Bacchanalla, pompam intermiſerunt, quod ingens & intempeſtivum gelu extitit: & quia frequens deciderat pruina, non vineas modò & ficos olens aduſit frigus, ſed frumentum quoque maxima ex parte in herba perdidit. Quod verò præter cæteros honores modum exceſſit, & fuiſſet abſonum, de conſecrandis apud Delphos clypeis, Dromoclesidus Sphettius rogationem tulit, ut oraculum à Demetrio peterent. Verba ipſa legis ſic habent. Quod felix iuſtumque ſit, veli jubeat populus, unum ut populus civem Athenienſem deſignet, qui ad Servatorem proſectus, ubi litaverit, conſulat Demetrium Servato-

rem, quemadmodum religioſiſſimè, commodiſſimè & occyſi. E me dona dedicaturus ſit. Quamcumque dederit dictionem, eam ut populus ſequatur. Ita hominem deridentes, inſuper dementaverunt, nec aliàs ſaris parum. Obleſſi à Caſſandro, & à Demetrio denò liberati, Panthenonis partem poſtiorum ei pro diverſorio attribuerunt: quod ille nefarius libidinibus puerorum profanavit. Stanterunt inſuper, videri populo Athenienſi, qui quid juſſerit rex Demetrius, id & apud deos ſas, & juſ apud homines eſt. Ibi cum quidam ex optimatibus inſanire diſiſſet Stratoclem, eam qui promulgaret legem, Demochares Laconenſis ait: Atqui inſaniam, niſi inſaniam. Habebat enim admodum quaſiſuam Stratocles adulationem. Demochares ob id dictum delatus cum eſſet, in exilium datus eſt. Hæc agebant Athenienſes, cum libertati præſidio & agere viderentur in libertate. E Peloponno repertus Athenas, veſle ſcripſit ſe, ubi eò veniſſet, illic initiari, myſteriaque à parvis uſque ad ultima & recondita ſacra, quæ epoptica appellant, cuncta percipere. Id nefas erat, neque vilium ante fuerat unquam: verum peragebantur parva menſe Antheſtione, magna Boedromione, recondita inſuper interſecto à magnis ut minimum anno. Lectis literis ejus, unus ſuitum intercedere tædiſter Pythodorus, incaſſum tamen. Cæterum lata ex Stratoclis ſententia lege, ut menſem Munichiona Antheſtione nuncuparent & haberent, Demetrium initiaverunt ceremoniis, quæ publicè ſebant. Mox iterum ab Antheſtione Munychio converſus in Boedromiona, reliquis ceremoniis recepit, ſimulque ad inſpectionem quoque admittit Demetrius eſt factorum. *Plut. in Demetrio.*

DEMETRIUS PELIORCETES à jugo Pelomazæ Egypſii Sicyonios liberavit. Libertate reſtituit, divinos honores ab iis conſecutus eſt, quibus beneficiis. Demetriadem enim urbem nominarunt, ſacrificiaque & conventus, itaque ludos ei in ſingulos annos ſaxerunt, & reliquos honores tanquam conditorum. *Diod. lib. 20.*

Pop. Rom. Chæra Cajj Imp. interſectori ſingulis annis parantur.

Vide Tit. Tolerantia mortis violentæ.

*** GRATITUDO BESTIARUM ERGA HEROS, NUTRITORES BENEFACTORES.**

GRATITUDINIS memoriã, beneficentiamque non hominibus modò, ſed & brutis animantibus natyram indidiſſe, plures hiſtoriæ prodiderunt. Sic ad eorum exemplum homo merito excitari, & in ſemet hunc effectum provocare debet ne ab irrationabilibus ſuperetur in eo, quod maxime eſt ſecundum rationem. Homo namque ab humanitate appellatorem ſumit: quam ſi ab homine eximit, nihil præter externam corporis figuram intuebitur; cum tamen ſola ratio ſit, quæ nos à grege brutorum ſegreget. Exempla dabimus, & quidem in diverſis ſpeciebus, eorum animalium quæ gratitudinis affectum beneficentibus ſuis exhibuerunt.

BESTIARUM GRATIA, nempe AVES, VOLUCRES.

Aquila.

Crates Pergamenus lib. 5. reſert de Aquila memorabile gratitudinis exemplum: quod & Steſichorus Poeta verſu eſt complexus. Nam cum xvi. meſſores, inquit, quendam & ſociis aquatum miſiſſent, reperit is apud fontem Serpentem, qui Aquilam complexu penè luſſocabat. Ille falce qua armatus erat, ſerpentem diſſecuit, aquilam liberavit. Quæ libertatem ſum inſecuta, cum is aquam ad ſocios detuliſſet, & poculum ori admoveveret, alis illud excuſſit, velut ſigno indicans, ne biberet. Quod dum ille admiratur, & indignans reſumit, videt hinc & hinc ſocios conſidere. Quippe videt bella ſerpentem illum in eo fonte, unde is aquam haurerat, venenum ſuum effundentem, & grata erge beneficentem, eum quo potuit ſigno admonuit periculi, quod alii jam incurranter.

Accipiter.

Memorable eſt quod de Accipitri memorant *Naturales* cum quamvis rapidiſſimum, rigenti brumæ tempore ſolium paſſerem, qui calidioris eſt temperamenti, pectori ſuo unguibus applicare, & ita te à frigore nocturno tueri: mane verò illeſum illum dimittere.

Fringilla.

Notam ſibi familiam memorat *Camerarius p. 2. hor. ſucciſ. c. 81.* quæ alit Fringillam admodum vetulam, quæ in aucupio liberè dimiſſa, hæc illic volitabat, & ita ſe alis aviculis admicebat, quæſuſ cicutur non foret. Accidit itaque, ut plerumque, alias ſui generis in nota ſibireta comites adiret, ſequè capi una

A inã cum illis permitteret. Jam enim uſu docta erat, quòd liberè in caveam dimitteretur. Videret autem velut nutritio ſuo eam gratiam deferre voluſſe, ut prædam nonnunquam ceu compenſationem ſuſtentationis præſtitæ redderet.

Ciconia.

Ciconiam ferunt inter alia animalia ad eò beneficentiores beneficam, ut quotannis pullum nido dejiciat, & velut penſionem locagii pro hoſpicio annuè pendeat. De illius in parentes pietate, quomodo ejus jam grandævus nutriant, nec proquirendis alimentis divagari permittant, note ſunt hiſtoriæ. *Videatur Pierius lib. 17. Hieroglyph. c. 1. & ſeq.*

Pelicams.

De Pelicano, cujus alitis meminerunt S. Litteræ: quamvis non æquè apud omnes conſtet, qualiſ ea avis ſit, ſcribit *Joan. à S. Gemiano*, quòd ſuper pullos ſuos, quos à ſerpente vulneratos novit, percuſſo pectore ſuo, ad eos curandos ſanguinem calidum inſuſſet, eumque bibendum illis exhibeat. Quo ſit, ut ita debilitati parens, quòd ad eam fovendam & ſuſtentandam cibum aliunde debeat conquiri. Præſtant autem ideem pulli, beneficii præſtitit memores. At mater memor obſequii poſtquam vires ſolūſſit, tenerimè eos diligit, quos in officio illo magis ſolicitiſ ſuiſſe perſepit. Alios verò nido deturbat, neque ſuo conviclii fruſi permittit. *lib. 4. c. 39.*

Cucuphas.

Cucuphas avis meminit *Io. Pierius*, quamvis ambigat, an ſit diſtincta ſpecies à ciconia; quòd generiſſimo ſenio conſectis eodem modo gratiam rependat, quo ales ipſa fuerat educata. In eodem enim loco, ubi à parentibus fuerat enutrita, eis nidum parat, pennas vellit in vitulas, eòque cibum importat; idque quoad pennis reſumpſit ipſi ſibi ſufficere queant. *lib. 17. c. 5.*

Grus.

Busbequius epiph. 3. reſert, vididiſſe ſe Gruem Balearicam, quæ amoris ſigna maxima exhibuit erga militem Hiſpanum, qui eam nutriverat. Tantum enim gratitudinis ſymbolum exhibuit, ut cum eo ambularet, & illo ambulante, aſſiſtent adſtaret, ſequè ab eo, reliquorum contactum averſata, tractati & demulceri patereſt.

PISCES.

Scombris.

De Scombris piſcis tradit *Philarchus apud Athenenum* quod prolixius recentet *Aelianus*; eſſe Inſulam haud procul ab Epidaurum quæ Athenas vocatur, ubi piſcatores habitant. In eo locum reperit, ubi ſcombrorum curam alitur multitudo. Hi verò ut gratiam referant nutriſſibus, paſſi in altum denant ad alios ſui generis ferens, eoque ab piſcatorum capturam deducunt, tanquam gratiam referentes nutritionis acceptæ.

Delphinus.

Fidem excedere videntur, quæ de gratitudine Delphinorum litteris produntur. Certè *Phil. Camerari*. de iſ in hunc modum ſcribit. Fuiſſe puerum quem ita Delphinus deperit, ut ex ſplius conſpectu viveret, & defectu moreretur, atque id dumtaxat ob nutritionis obſequia à pueri ſibi impendit.

Reſert *Pauſanias in Lacon*. in Porofelene Joniæ urbe fuiſſe Delphinum, qui à puero, quòd illum manibus Piſcatorum eripuiſſet, inelamatus, ad illum propebat, & ad vecturam ſe illi ſubiſcibebat.

D Aliquot hujusmodi exempla *quæ dicitur* Delphinorum luculentis verſibus graphicè deſcribit *Oppianus, lib. 5. Galientiſci operis*; quæ apud ipſum legere in promptu eſt.

Balena.

Stupendum eſt, quòd de piſce quodam non ſolim amante homines, & grato ob nutritionis beneficium, ſed & beneficiorum memore, deſcribit *Martyr ab Angliæ*, in hunc modum. Apud Indos Occidentales, in ditione Reguli Caramareſis, ipſe Regulus piſcatione delectabatur. In ejus retia piſcis catulus incidit, & genere piſcium immamum qui ab incolis dicuntur Manati. Minime notum arborum, inquit, genus id monſtri per noſtra maria: Squamis tamen non concha munus, corio duriffimo, ita ut neque ſagittam veretur, mille verrucis armata, tergo autem plano, & capite penitus bovino. Aquatilis eſt, & terreſtris piſcis, mitis, iners, ut Elephas, utique Delphinus, hominibus ſociabilis, ſenſu mirabili. Infantulum piſcem dormi Regulus aluit dies aliquot pane parati, ex jucca, & panico putri conſectio: radicibus etiam aliis quibus homines veſcuntur. Adhuc parvulum proſectiſ piſcem in lacum ſuis ædiſſus proximum, tanquam ad vitaria, qui lacus & ipſe ſuſcipit aquas,

nec illas evomit. Eſt lacui nomen Suarabo, qui dehinc lacus E Manati eſt appellatus. Liber in aquis piſcis annos vagatus eſt quinque & viginſi. Adolevit in immemur. Quæ de Bajano, quæve de Ariane Delphinis feruntur, nihil diſtant ab hujus piſcis geſtibus. Piſci nomen eſt impoſitum Marumum, quòd ſignificat generoſum aut nobilem.

Quando ergo ex Reguli familiaribus, ei notis præcipuè, quiſquam in lacunâ ripa Matue, Matue; hoc eſt generoſe, generoſe, proclamat, Mater beneficii memor, caput elevans ad vocaniem pergebat. Paſſebatur hominum manu. Si verò quiſquam tranſiretandi cupidus, ſigna dabat, proſtratu ſuo tranſecturos invitabat. Decem aliquando monſtrum conſeſſiſſe uno receptu, transportatoſque fuiſſe incolas compertum eſt. Sed ſi Chriſtianum quempiam erigens caput cerneret, ſumergebatur, & parere recuſabat; quia fuerat à Chriſtiano juvene quodam petulantè affectus injuria: In piſcem namque mitem & domeſticum fuerat jaculatus haſtam acutam, licet haud quaquam læſus fuerit ob durtitiam corii, quòd habet verrucolum aſperumque; illaſtam tamen ſenſit injuriam. Et ſi quando vocabatur à notis, ex illo die circum adſpectabat prius diligentiſſimè, ne quis veſtibus Chriſtiano more adedeſt. Luſtabant in ripa cum Reguli cubicularibus, ſed præcipuè cum adoleſcente Regulo grato, cum F quo domi cibum aliquando ſumpſerat. Cercopithecus lepidior erat. Fuit longo tempore univerſe inſulæ ſingulari ſolatio; nam & incolarum & Chriſtianorum multitudine ingens ad monſtri miraculum quotidie conſuebat. Sapides eſſe, ajunt, bonum piſcium carnes, multoſque maria illa generant. Amiffus eſt tandem factus ille piſcis, ad mare deſectus ab Attabonibus, uno è quatuor æquè dividendis inſulam ſtaminibus, ex alluvie inaudita typhonibus horrendis comitata, quam ipſi vocabant, Furcanum. Superavit Attabonibus ripas ad eò, ut univerſam impleverit vallem, & ſeſe lacum omnibus immiſcuerit. Secutus ergo Attabonici torcentem bonus Matumus, facetus, ſociabilis, matrem autquam, & natales aquas repetivit, nulquam aliàs viſus. Hæc utque Martyr, &c. Reſert P. *Camerarius horar. ſucciſ. Centur. 2. c. 83.*

SERPENTES.

Draco.

Emerat puer in civitate Patna, quæ eſt in Achaja, Draconem juvenem, magnaſque cum cura educabat: eumque creviſſet, loquebatur velut cum intelligente, ludebat, dormiebatque cum illo. Verum jam grandior effectus, dimiſſus juſtu magiſtratus in ſolitudinem fuiſt. Poſt cum puer adoleſcentior factus, à ſpectaculo reverſus cum coſequilibus, forte in latrones inciditſt haud procul à nemore, in quo Draco lateſcebat, & clamorem extulitſt, ecce præſto adedeſt Draco, & in latrones exiſtens, alios intermit, alios in fugam vertit, & notum ſibi adoleſcentem tuerit, & conſervat, velut beneficium anteacti memoriã reſtitans. *Aelian. lib. 3.*

Serpens & Leo.

De Serpente & Leone memorabilem narrationem habemus apud *Matthæum Paris in hiſt. Angliæ. pag. 241.* quòd pacto liberatus uterque ex fovea profunda, in quam incididerat, per ſylvanum quemdam pauperculum, liberatorem ſuum ſit proſectus: Leo quidem hincululum obulerit, tanquam primum liberationis, eique applauſerit: Serpens verò inſignem magnique pretii gemmam dederit, & ſe convolvendo ante illum poſuerit. Reſert prolixè *Joan. Buſanus l. de vitibus, inſcriptio Panaron. Tit. de Ingratitud. n. 6.*

QUADRUPEDES.

Panthera.

De Panthera reſert *Joan. à Feminiano lib. 5. c. 56.* quòd cum cautulos ejus ex fovea quadam ſuſſuſſiſſet quidam, accedens mater, comitem ſe illi adductum, eamque & facie blandita, extra loca deſerta illum ad tutorem deduxit.

Leo. Vide Tit. præcedentiſ.

De Leone narratum reperimus apud *A. Gellium noſt. Attic. lib. 5.* quomodo Androdam ſervum fugerunt, quòd à pede redeuntis à præda ipſam harrentem eviſſiſſet, diu in ſpecula aluerit: & tandem captus, Romamque ductus, tandem Androdam è fuga retractum, ſibi objectum ad devorandum, agnovit, caudaque ablanditum fuerit, omniaque benevolentiam accepit. Unde & dato homini cum vita Leone, non ſectus ac canis domino, obſequerebatur, acclamante populo: Ecce Leo hoſpes hominis: in homo medicus Leonis! *T. Stapler. in Prompt. Dominicali Dom. 14. poſt. Pentec. 1. 5.*